## Capitulū XVI Lectio. CLXXX

rari. de vestimentis eni pcedit tinea ⁊ a muliere iniqtas viri. In antiquis vestib⁹ ⁊ in nouis similiter nascunt tinee ppter malā custodiā. et certe in antiqssimis vetulis nutrit adhuc tinea libidinis ad lrām. Prima iniqtas viri a muliere pcessit qđ in multis bonis viris cōmuniter euenit. Exemplū de sampsone ⁊ dalila. Iudi. xiiij. Dauid ⁊ bersabee. ij. Reg. xj. Et in multis alijs quorū nō est numerus.
C Tertio cōpat mala mlier draconi ppter q̄ttuor. Draco habet os puuz. inficit aerem. incedit cristatus et specialiter elephanti insidiatur. Et eodem modo mulier neq̄ os habet paruum per verborū ⁊ vultus simplicitatē in principio. q̄tumcunq̄ etiā si cōmessatrix ⁊ gulosa sit at se in aula tanq̄ appetitu careret. Scđo inficit aerem aspectu suo sicut basiliscus q̄ solo visu interficit hoiem: q̄ nō solū cū videt sed etiā cū videt occidit hoiez. Ad lrām. Mulier menstruata aspectu suo inficit speculū sm Aris. ij. de som. ⁊ vigi. ⁊ facit in eo maculā. Eodē mō mulier mala virū q̄tumcūq̄ sit speculū oim scientiā repsentans inficit ⁊ maculat si mulierꝝ cōsortio se immiscet vt patet de Salomone. Ecci. xlvij. Inclinasti femora tua mulierib⁹. Tertio draco incedit cristatus ⁊ iste cristas habent in capitib⁹ coronis ⁊ gemmis ⁊ varijs ornamētis distinctas.

¶ Quarto elephanti insidiat. Elephas eni est animal castissimū ⁊ tm̄ semel gignit sm Aris. v ⁊ viij. de aialibus. ⁊ cū femina fuerit impgnata mas ei nō appropiquat. Isti aiali draco insidiat ⁊ pedes ei⁹ sua cauda cōstringit ⁊ occidit. Moraliter q̄tumcūq̄ homo sit castus: si mulierꝝ malā familiaritatē diligat ɔstringit pedes affectionis sue ⁊ occidit. Un̄ Aug⁹. de singularitate cle. ca. viij. Semel dixerim oīe inconueniēs: societas mulierū gluten ē delicatū ⁊ viscus toxicatus q̄ diabol⁹ aucupat. Et sic pēsatis p̄dictis de mulierū sola malicia possit exponi. q̄ homo supplex p maliciā mulieris ei illicite cōmunicādo occidit animā suā. Un̄ vsus. Femina corpus opes animā vim lumina vocem
H Polluit annihilat necat eripit orbat acerbat: redde singula singulis. ¶ Scđo principaliter malicia ē hūane cōuersationis turbatiua. Persona eni maliciosa nūq̄ cessat machinare malū: etiā sub specie sanctitatis ⁊ iusticie. Un̄ Hugo li. j. de aia. Loquit apud se maligna cogitatio vsq̄ quo illū tolero? Cōsentire me ei cōprobor si eū nō corripio. Cōsentiens aūt in eū: deum offēdo. Corripiā ergo ne deū offendā. nihil p mea: s pro dei iniuria vlciscēdo totū facio imo sic illū sibi restituā. Proximū eni corripere ⁊ eū castigare: h nō est primo nocere: s prodesse velle. Sic sepe apđ se loquit maligna cogitatio. Excecauit eni eū malicia sua. Hec Hugo. Hec eni malicia habet currū suū sicut docz Bern. sup Cañ. q̄ttuor rotis cōsistentē: q̄ sunt seuicia: impatiētia: audacia ⁊ impudētia. Unde enim velox est currus iste ad effundendum sanguinē. qui nec innocētia sistitur: nec patiētia retardat: nec timore seruat: nec pudore inhibet. Trahit aūt a duob⁹ equis ad omnē pnicie. q̄ sūt terrena potētia: ⁊ seculi pompa. Porro p̄sident his duob⁹ equis aurige duo. videlicet tumor ⁊ liuor. Tumor q̄dē pompā: liuor potētiam regit ⁊ suū ascensorē ducūt ad infernū. Un̄ Eccs. ix. Corda filiorꝝ hoim implēt malicia ⁊ cōtemptu in vita sua. ⁊ post hec ad inferos deducent. Tertio malicia ē in autorē ppriū reflexiua. Un̄ Sene. epl'a. lxxxij. scđm cōmunes libros ostēdit: q̄ venenū malicie pei⁹ est q̄ venenū serpentis: q̄ licet venenū serpētis mortiferuz sit: alteri tñ serpēti nō nocet. Sz venenū malicie prio ⁊ p̄ncipalit nocet hñti. vñ dicit sic. Malicia ipsaz maximā ptē veneni sui bibit. Illud venenū qđ serpentes in alienā perniciem pferunt sine sua cōtinent: nō est huic simile h habentib⁹ pessimū. h Sene. vñ. Greg⁹. xij. mora. Mens praua sp in laborib⁹ est: quia aut molit mala q̄ inferat: vel metuit ne sibi ab alijs inferat ⁊ quicq̄d ɔtra proximū excogitat hoc ɔtra se a pximis formidat. hec Greg⁹. Io signāter Hiere. ij. dicit. Arguet te malicia tua. Et Hiere. iiij. Laua a malicia cor tuū hierusalem: vt salua fias.

¶ Lectio. CLXXX

### NEgantes eni nosse te impij p fortitudinez brachij tui flagellati sūt nouis aquis ⁊ grandinib⁹ ⁊ pluuijs psecutionē passi sunt ⁊ p ignem cōsūpti.

Nō eni mirabile in aquis erat: q̄ oia extinguit plus ignis valebat. Uindex etenī est orbis iustorꝝ. Postq̄ spūssanct⁹ declarauit q̄ mō diuersimode flagellati fuerūt egyptij ⁊ hebrei p bestias ⁊ aialia. q̄ egyptij ad exterminationē: hebrei vero ad castigationē. In hac pte cōseq̄nter ostendit quō diuersimode flagellati fuerūt egyptij ⁊ filij israel p oppositū cōsolati ⁊ hoc p res insensatas ⁊ elemēta. Et circa h duo facit. Nā primo agit de egyptiorū terribili flagellatione. Scđo de hebreorꝝ admirabili cōsolatione. scđa ps ibi. Pro quib⁹ angelorꝝ. Circa primū quinq̄ facit. Primo assignat illi⁹ flagellationis causā principalē. Scđo causā instrumentalē. Tertio eiusdē instrumēti actiuitatez supnaturalē. Quarto eiusdē actiuitatis ɔgruitatē. Quinto asserit instrumētalis actiuitatis tpalem diuersitatē. scđa pars ibi. Nouis aq̄s ⁊ grandinib⁹. tertia ps ibi. Nō eni mirabile. q̄rta ibi. Uindex eni. quīta ibi. Quodā eni. Circa p̄mū dicit. Negantes eni ⁊c̄. Ubi tāgit causam principalē istius flagellationis. ⁊ est culpa ignorātie. Negantes eni te nosse impij. Exo. v dicit pharao. Nescio dñm: ⁊ israel nō dimittā.

E